



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Confessionale, || In Qvo || Vniversa || Materia De ||
Confessione Pec-||catorvm Apvd Catholicos || vsitata per
Quæstiones explicatur**

Eisengrein, Martin

Ingolstadii, 1577

VD16 E 795

XX. Quisnam sit proprius Sacerdos.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30362

Caput VI. De Ministro

Respōsio. Iure Diuino aliqui sunt proprij & ordinarij, aliqui vel nulli, vel saltem extraordinarij: Et ratio est, quia Sacerdos in sua ordinatione nullam accipit iurisdictionē; sed tantum ordinis potestatem. Ordinis autem potestas absque iurisdictione non sufficit, vt quisquam constituatur Iudex in foro Ecclesiastico, tam interiori, quam exteriori.

Questio
XXII. *Licetne ex priuilegio & commissione proprij Sacerdotis, alteri confiteri?*

Respōsio. Omnis & solus ordinarius, qui propriam habet animarum curam, si non fuerit prohibitus iure, potest cuicumque alteri Sacerdoti iure non impedito, concedere facultatem absoluedi suos subditos.

Delegatus autem, hoc est, cooperatores, seu Vicarius non potest hoc, nisi expressum habeat sui Superioris mandatum.

Probatum ex usu Ecclesie. Secundo probatur, nisi id fieri posset, cederet hoc in maximum Christianorum detrimētum. Sunt enim ordinarij saepenumero vehementer impediti; ita vt non sint omnium Confessionibus excipiendis pares. Iam si huiusmodi in casibus non liceret asciscere Vicarios, multi passim interirent sine Sacramentis.

Dixi, si non fuerit prohibitus iure. Nam nomina-